Allegorice in cordibus ⁊ operibus/⁊ etiam in verbis gloriam dei querent. j. Cor. x. g. Omnia in gloriam dei facite. Sic ergo habemus septem gradus quibus homo ascendit ad deum: et sufficiunt ista ascendere volenti. Timor enim extrahit a peccato: Pietas suscipit: Scientia expedit ⁊ instruit: Fortitudo stabilit: Consilium custodit: Intellectus introducit ad contemplandum deum: Sapientia connectit ⁊ coniungit deo. Hęc sunt septem chordę in cithara dauid.

Vl. inhabitat.

a Dñs diluuiũ inhabitare facit: ⁊ sedebit dñs rex in ęternũ. b c d Dñs virtutem populo e suo dabit: dñs bñdicet populo suo in pace.

Prima est grauis: ad cuius sonũ eliciendũ/dictũ est Matth. iij. b. Genimina viperarũ qs demõstrabit vob fugere a venura ira? Secũda leuis. Luc. xj. f. Date elemosynã ⁊c. Tertia mediocris: q̃ docet quersari i medio natiõis prauę. Quarta constans. Prouerb. xxviij. a. Justus quasi leo confidens ⁊c. Luc. xxj. d. In patiẽtia vestra ⁊c. Quinta acuta. Vñ Eccl. xxxij. d. Omnia fac cũ cõsilio. Sexta supacuta. Ps. Intellectũ tibi dabo ⁊ instruã te ⁊c. Septima omnibus bene consonans quasi mater. Vñ. Psallite sapienter.

Philo. 2. b. Septem chordę in cithara dauid. Ps. 31. Ps. 46.

a Dñs diluuiũ ⁊c. Tertia pars: in q̃ ostendit q̃d dñs faciat ecclię sic constituę. Et ecce q̃d: Dñs facit ecclias inhabitare diluuiũ/huius mũdi. Sicut videlicet arca noe inhabitauit diluuiũ ⁊ saluauit eos q̃ in eo erãt: Ita in diluuio huius mũdi peribũt oes q̃ nõ fuerint i arca noe. i. in ecclia christi: Sz q̃cũq̃ ibi pseuerauerint/nõ peribũt. Vñ. j. Pet. iij. d Expectabãt dei patientiã in dieb̃ noe/cũ fabricaret arca: in q̃ paucę. i. octo aię saluę factę sũt per aquã: Q̃d ⁊ nunc nos similis formę saluos facit baptisma: q̃d. s. ianua est. Et nota q̃ est diluuiũ gratię/pęnę/culpę. Diluuiũ grę submergit pctã: sicut diluuiũ submersit pctores. Vñ Eccli. xxxvj. e. Effundã sup vos aquã mundã/⁊ mũdabimini ab omnibus inquinamentis vrãis. De diluuio pęnę dicit Mau. j. b. Boñ dñs ⁊ pfortãs in die tribulationis: ⁊ i diluuio p̃tereunte pfũmationẽ faciet loci eius. Locus eius. i. dei/ecclia ẽ: cuĩ pfũmationẽ facit in diluuio p̃tereunte. i. in tribulatiõe. Vñ Jacob. j. a. Omne gaudiũ existimate fratres/cũ in varias tẽptatiões inciderit: scientes q̃ pbatio fidei vrę patientiã opat: patientia aũt opus pfectũ habet/vt sitis pfecti ⁊ integri/in nullo deficientes. De diluuio culpę dicit Ps. In diluuio aquarũ multarũ/ ad eũ. s. ad deũ/nõ approximabũt. Et Osee. iiij. a. Maledictũ ⁊ mendaciũ ⁊ homicidiũ ⁊ furtũ ⁊ adulteriũ inundauerũt. Inundatio aũt fit: qñ aqua exit ripas suas. Quę ripę q̃ ptinere deberẽt pctm̃ ne exiret ad actum/sũt timor ⁊ pudor: qñ istę ripę rumpunt/tũc fit diluuiũ peccati. Ruptę erãt in illo iudice: de q̃ dicit Luc. xviij. a. Judex q̃dã erat in q̃dã ciuitate/q̃ deũ nõ timebat/⁊ homines nõ reuerebatur. De ruptione p̃mę ripę dicit in Ps. Mõ est timor dei añ oculos eorũ. De ruptiõe secũdę Hiere. iij. b. Frõs mulierũ meretricis facta est tibi/noluisti erubescere. Hoc triplex diluuiũ facit dñs sanctam ecclias inhabitare. i. a sancta ecclia inhabitari: q̃z quantũ ad secundũ in grã pseuerat: tribulationes tolerat: ⁊ quantũ ad tertiũ pctã suppeditat/⁊ inter pctores habitat. Sz aquas pctorũ intra se nõ recipit/licet exterĩ circũquaq̃ fluctuẽt. Et si gutta alicuĩ venialis intret/cũ haustorio pfessionis reijcit: ⁊ hoc nutu gubernatorũ q̃ sedet in puppi. s. dei. Vñ subdit: b Et sedebit dñs rex. i. rector et gubernator huius nauis: c In ęternũ. i. q̃uscũq̃ applicet eã de hoc tẽporali diluuio ad portũ stabilitatis ęternę. Prouerb. j. a. Intelligens gubernacula possidebit. Matth. vltimo. Vobiscũ sũ vsq̃ ad pfũmationẽ vitę. De gubernatiõe aũt ista ⁊ applicatione ad portũ: manifestius subiũgit dicẽs: d Dominus virtutẽ populo suo dabit: qua possit resistere inundationibus diluuij. Et hoc facit multotiẽs per verbũ suũ: de q̃ p̃dictũ est: Vox dñi in virtute ⁊c. Fortis enim nõ potest esse/qui panẽ istũ nõ habet. Vñ Threñ. j. b. Facti sunt principes eius velut arietes nõ inuenientes pascua verbi dei: ⁊ abierũt absq̃ fortitudine ante faciem subsequentis. Et post de applicatione subdit: e Dñs bñdicet populo suo in pace. i. dando eis illã benedictionem Matth. xxv. c. Venite benedicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ a pstitutione mundi. Post laborẽ ⁊ tempestatẽ pręsentis diluuij/recipiet eos in pace ęternitatis: vt ibi requiescant i eo. Unde Ps. In pace in idipsum/dormiã ⁊ requiescam. Et Esa. xxxij. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis/⁊ in tabernaculis fiducię: ⁊ in requie opulẽta: Ad quã nos perducat ipse pacificus noster iesus christus: amen.

Triplex diluuiũ.

Deut. 32.

Ps. 4.

Ps. cantici i dedicatiõe dom̃ dauid. XXIX

f Exaltabo te domine

Expositio Psalmi. XXIX.

Exaltabo te ⁊c. Titulus. Ps. cantici in dedicatiõe domus dauid. In p̃cedenti psalmo egit pba de pstitutione domus dei/q̃ est ecclia: q̃ septẽ donis ędificat ⁊ pstruit: In hoc psalmo agit de dedicatiõe illius: q̃ erit in ęterna beatitudine/quantũ ad mẽbra ecclię: ⁊ q̃ iã fuit/quantũ ad caput ecclię christũ. s. Ecclia enim in capite suo. i. christo ędificata fuit in vtero beatę virginis/in pceptione videlicet saluatoris: dedicata autẽ quantũ ad caput fuit in resurrectione eiusdẽ: Sz q̃tidie ędificat in membris in gra: i futuro aũt dedicabit i gria. Vñ ẽ sens̃ tituli: Psalm̃ iste est cãtici. i. lętię: i dedicatiõe. i. p dedicatiõe: domus dauid. i. ecclię: q̃ iã p̃cessit in capite in resurrectione: ⁊ erit in futuro in membris: q̃z necesse est vt q̃ p̃cessit humilitas capitis: sequat humilitas membrorũ: De vtraq̃ enim dedicatione agit hic. Et loquit totus christus: Quędã enim verba huius psalmi conueniũt capiti. i. christo: Quędã membris: Quędã vtrisq̃. Et nota q̃ dicare idẽ est q̃ adiungere. Vñ Virgilius. Coniugio iungam stabili: propriãq̃ dicabo. Dedicare aũt est rem a cõmuni vsu ⁊ vili excipere. Vñ materia ecclesię. s. ligna ⁊ hmõi/nõ debet ad cõmunes vsus ⁊ viles distrahi/vt inde domus construat. Et ecclesię materialis dedicatio: signũ est dedicationis animę: quã sibi christus approprat/cũ infusa gratia virtutibus insignit. Et hęc animę dedicatio/quę res est dedicationis ecclesię materialis: est signũ futurę dedicationis/quę perfecta erit. Vñ dedicatio ecclesię habet octauas. Prima enim dedicationis ecclesię celebratio: significat animę dedicationẽ impfectã: Octaua/significat dedicationẽ pfectã: q̃ erit in octaua ętate i futuro: quãdo pfecte dedicabimur per glorificationẽ/⁊ imortalitatem ⁊ duplicẽ stolã. Modus agendi in hoc psalmo est/q̃ tripertitus est psalmus. Primo agit christus de sua dedicatione/mones sanctos idẽ sperantes/laudare deum. Secundo dicit quomodo dedicationẽ istã meruit: ibi: Ego autẽ. Tertio quõ eã accepit: ibi: Audiuit dñs. Dic̃ ergo christus: O f Dñe pater/exaltabo te: multos ad te trahẽdo. Job. xij. e. Ego si exaltat̃ fuero a terra: oia trahã ad meipsũ: Et alijs manifestãdo altitudinẽ tuã. Vñ alibi i Ps. dicit: Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Et q̃re exaltabit/oñdit i sequẽtib̃. Primo: q̃z pstulit ei ipassibilitatẽ. Vñ dic̃: Qm̃ suscepisti me

Virgilius i. Enei.

Allegorice.

Ps. 21.

Moraliter

f Exaltabo te ⁊c. Pot̃ legi in psona viri iusti sic: Exaltabo te dñe/christe. s. resurrectionẽ tuã ⁊ ascensionẽ tuam laudando: potentiã tuã psiderando: nomẽ tuũ p̃dicando: bona omnia tibi attribuẽdo. Ps. Bñdicã dñm i omni tpe: semp laus eĩ in ore meo. Et post. Magnificate dñm mecũ. Luc. j. e. Magnificat anima mea dñm. Exaltat aũt dñs specialit pfessione/p̃dicatione/laude/gratiarũ actione. Cõfessiõe. Esa. xxv. a. Exaltabo te: ⁊ cõfiteboꝰ nomini tuo. Predicatione. Eccl. xj. a. Sapientia humiliati exaltabit caput. i. christũ. Laude. Eccl. xliij. d. Exaltate eũ quantũ potest̃: qm̃ maior est omni laude. Grãrũ actione. Ps. Accedat hõ ad cor altũ: ⁊ exaltabit deus. Et consequẽter oñdit causas q̃re exaltãdus est ab hoib̃. Prima est susceptio humanę naturę: Vñ dic̃: * Qm̃ suscepisti me

Ps. 55.

Quadruplex a nobis exaltatur dñs.

Ps. 65. Quare exaltandus sit dñs.

a ¶ Qm̃ suscepisti me/ī dedicatiõe.ſ.ad impassibilitatē. Eſa.xlij.a.Ecce ſeruꝰ meus/ſuscipiā eū. Secunda cauſa eſt confuſio iudeorum. Unde ſequit: b ¶ Nec delectaſti inimicos meos ſup me.i.nõ permiſiſti delectari diu. Licet eēm in paſſione lętati fuerint/ꝓm q̃ ipſi dicunt in Pſ. Euge euge/videt oculi noſtri. Et alibi: Lętificaſti omnes inimicoſ eiꝰ: Tamen illud gaudiū verſum eſt in dolorē ⁊ triſticiam in reſurrectione/in qua ꝓfuſi fuerūt. Tertia cauſa eſt ipa reſurrectio gl'oſa: in q̃ omnis corruptio ⁊ infirmitas corpis ſanata ē. Unde dicit: c ¶ Dñe deꝰ meꝰ clamaui ad te: in paſſione. Heb.v.b. Cum clamore valido ⁊c. d ¶ Et ſanaſti me.ſ.ab omni corruptione ⁊ infirmitate carnis. Ideo dñs oñdit diſcipulis ſuis/nõ vulnera: ſ cicatrices. Malach.iiij.a. Sanitas ī pēnis eiꝰ.i.in brachiis. Amos.ix.c. In die illo ſuſcitabo tabernaculū dauid q̃ cecidit: ⁊ reędificabo aperturas muroꝝ eius: ⁊ ea q̃ corruerant inſtaurabo. Tabernaculum dauid/eſt corpus chriſti: Apturę muroꝝ/ſūt vulnera eius. Quarta cauſa eſt/q̃ animā eius eduxit ab inferis. Unde dicit: e ¶ Dñe eduxiſti ab inferno animā meā. Hoc planū ē. Hoc ſignificatū fuit Jonę.q.d.vbi piſcis euomuit ionā in aridā. Piſcis ſignificat infernū: q̃ poſt tres dies euomuit chriſtū. Quinta cauſa eſt q̃ liberauit eū ab erūnis ſęcli. Unde ſequit. g ¶ Saluaſti me a deſcendentibꝰ in lacū.i.ab illis erūnis in q̃bus ſunt deſcendentes in lacū.q.d.ſaluaſti me ne remanerē cū fluentibus in lacū miſerię: ne inuoluerer cū effluentibus in lacū culpę: vel cū peffluentibus in lacū gehennę: vel extraxiſti a limbo. Thren.iij.f. Lapſa eſt anima mea in lacū.

Lacus eēm dr:
- Torcular. Mar.xij.a. Vineam paſtinauit homo ⁊ fodit lacū.i.torcular.
- Sepulchrū. Hiere.xlj.b. Lacus autē in quē proiecit hiſmael omnia cadauera virorꝝ ⁊c.
- Baptiſmus. Pſ. Aſſimilabor deſcendentibus in lacū. Martyriū. Apocl.xiiij.d. Calcatus (lacum. eſt lacus extra ciuitatem.
- Scriptura .ij. Regl.xxiij.c. Deſiderauit dauid aquam de lacu. Miſeria. Pſ. Eduxit me de lacu miſerię/⁊ de luto fęcis.
- Prącipitiū. Pſ. Lacū aperuit ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueā quā fecit.
- Carcer. Gen.xl.c. Innocens in lacū miſſus ſum. Malū conſortiū. Dan.vj.e. Miſerūt danielē in lacū leonū. Hęreſis. Eſa.xxij.c. Lacum (lacū leonū. feciſt inter duos muros.i.inter duo teſtamenta.
- Pctm̃. Eccch.xxvj.d. Detrahā te cū his q̃ deſcēdunt in lacū. Proiecerūt hieremiā ī lacū helchię. Helchias/ī lacū. Pęna iutilis. Eſa.xliij.d. (terpt̃ pars dñi. Uerūtm̃ detraheris in profundū laci.
- Deſperatio. Eſa.xxxviij.d. Non expectabūt qui deſcendunt in lacū ⁊c. Limbus. Zach.ix.c. Tu q̃z in ſanguine tuo emiſiſti eos de lacu ⁊c.
- Infernus. Prouerb.xxviij.c. Hominē q̃ calūniatur animę ſanguinē eius: ſi vſq̃z ad lacū fugerit nemo ſuſtinet.

Et quia tot ⁊ tanta tribuit ei deus pater: ideo hortat ſāctos qui hoc ſe habituros ſperēt/vt deū laudēt: Ideo ſubiungit: ℣ Pſallite domino

Moraliter. * a ¶ Qm̃ ſuscepisti me.i.meā naturā. Pſ. Btūs quē elegiſti ⁊ aſſūpſiſti. Hęc noſtra natura quā chriſtꝰ ſuſcepit/ſignificata eſt p vxorē moyſi ęthiopiſſā: Numeri.xij.a. vbi dicit/q̃ locuta eſt maria ⁊ aaron ꝓtra moyſen ꝓpter vxorē eiꝰ ęthiopiſſā. Per mariā/ſignificat ſynagoga: per aaron/ſacerdotes/ſcribę ⁊ phariſęi: q̃ omnes locuti ſūt ⁊ murmuraue/runt ꝗ chriſtū/q̃m ſuſcepit iſtā vxorē. Itē Suſcepiſti me vt medicus infirmū ad curādū. Pſ. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Aug⁹. Magnus de cęlo venit medicus: quia magnus in terra iacebat ęgrotus. Itē vt magiſter inſciū ad docēdū. Pſ. Docebit mites vias ſuas. Unde dicebat Matth. xi.d. Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Itē vt patronus debilē ad tuēdū. Pſ. Dñs ꝓtector/vel defenſor/vitę meę. Itē vt dux vagū ad dirigēdum. Pſ. Dñs regit me et nihil mihi deerit. Et poſt: Deduxit me ſup ſemitas iuſticię. Secūda cauſa/eſt ꝓfuſio inimicorꝝ: Unde dicit: b ¶ Nec delectaſti inimicos meos ſuper me.i.nõ permiſiſti delectari: ſed potius ꝓfudiſti eos: Hic eſt enim Liptore: minus dicit ⁊ plus ſignificat. Inimici autē ſunt dęmones ⁊ mali homines: qui ſup hominē delectātur/q̃n in peccatis volutat. Sed ꝓfundunt/q̃n reſurgit p pęnitētiā. Unde Mich.vij.b. Ne lętęris inimica mea ſup me/q̃ cecidi: ſurgā cū ſedero in tenebris: dñs lux mea eſt: iram domini portabo/quia peccaui ei. Et poſt addit: Et aſpiciet me inimica mea ⁊ operietur confuſione. Tertia/eſt ſanatio a remorſu conſcientię. Unde ſequit: c ¶ Dñe deus meꝰ clamaui ad te: percuſſus a ꝓſcientia remordente. Clamaui dico/corde/ore/opere. d ¶ Et ſanaſti me.ſ.a vulnere cõſcientię. De q̃ Eccj.xxv.c. Omnis plaga triſticia cordis eſt: ⁊ omnis malitia nequtia mulieris.i.prauę ꝓſcientię. Hiere.xxx.c. Obducā cicatricē tibi: ⁊ a vulneribꝰ tuis ſanabo te/dicit dñs. Eccj.xxx.c. Salꝰ animę in ſanctitate iuſticię. Quarta cauſa/ē extractio de peccato. Unde ſubdit: e ¶ Dñe eduxiſti ab inferno.i.a peccato: f ¶ Animā meā.q.d.in hoc me ſanaſti: q̃ eduxiſti ab inferno/peccati/animā meā. Peccatū enim dicit infernꝰ. Unde Eſa.xxxviij.b. Ego dixi in dimidio dierū meorꝝ/vadā ad portas inferi. Ad portas inferi vadit: qui delectatur citra conſenſū. Portas aūt inferi intrat: qui conſentit in peccatū mortale. Unde dicit in Pſ. Deſcenderūt in infernū viuentes.i.in mortale peccatū: Quod bene dicitur infernus/propter multas rationes:

Quia
- In pctō/ſicut in inferno/algor ⁊ calor ſentit.ſ. prauus timor ⁊ ꝓcupiſcētia ardēs ⁊ inflāmās. Job. xxiij.c. Ad nimiū calorē trāſiet ab aq̃s niuiū.
- Fetor eſt in pctō. Eſa.xxxiij.b. Humꝰ eiꝰ ꝓuertet in ſulphur. Amos.iiij.c. Aſcendere feci putredinē caſtrorꝝ vr̃orꝝ in nares vr̃as: ⁊ nõ rediſtis ad me dicit dñs. Joheł.j.d. Cõputruerunt iumēta ī ſtercore ſuo.
- De peccato exit fumꝰ infamię. Eſa.xxxiij.c. Aſcēdet fumꝰ eius a generatione in generationē.
- In pctō eſt ỷmis ꝓſcientię. Job.xxiij.d. Dulcedo illiꝰ ỷmes. Eccj.xix.a. Qui ſe iūgit fornicariis/nequā erit: putredo ⁊ vermes hęreditabūt illū.
- In pctō ē ſitis ⁊ eſuries: q̃ ſaturari nõ pñt. Oſee.iiij.c. Fornicati ſūt ⁊ nõ ceſſauerūt. Ibi dicit Hieroꝰ. Voluptas hīta/famē/nõ ſaturitatē parit. Et ibidē: Inidtas ſubſtātiā nõ hz: nā vētres delinquētiū vacuos relinqt. Uires fornicātiū deficiūt/ſ diſideriū inardeſcit. Et laſſata virtus nõdū ſatiata reſſit. Juuenalis ſatyra.6.
- In peccato nulla eſt requies/ſicut nec in inferno. Hiere.xvj.c. Seruietis dijs alienis die ac nocte/qui nõ dabūt vobis requiē.
- Infernꝰ nūq̃z repleł: nec pctm̃ ſilr. Prouer.xxvij.c. Infernus ⁊ pditio.i.pctm̃/nūq̃z replenł.
- Infernus recipit: ⁊ peccatū plures. Eſa.v.d. Dilatauit infernus animā ſuam.

Quinta cā/eſt ſepatio a malorꝝ ꝓſortio. Unde dicit: g ¶ Saluaſti me a deſcendentibꝰ in lacū.i.in peccatū. Et dicit pctm̃ lacus: q̃z ſicut in lacū defacili labi poteſt hõ: ſ de facili nõ poteſt exire: Sic defacili in peccatū cadit hõ: ſ p ſe nõ poteſt reſurgere: ⁊ prącipue in peccatū carnis. Prouerb. xxiij.c. Fouea ꝓfunda meretrix: ⁊ puteus anguſtus aliena. Enumerat bñficijs quare vir iuſtus deū exaltare cupit: ꝓſequēter īuitat alios ad eū laudandū ⁊ ſeruiendū ei. Unde dicit: ℣ Pſallite dño.i.

Allegorice ℣ a ¶ Psallite dño scti eius. q.d. primo laudate ope: qd inuit cũ primo dicit: Psallite. Secundo laudate eũ ore: Unde dicit: c ¶ Et confitemini memorie sctitatis eius. i. confitemini ei: q memor fuit sctificare vos. Job. xvij. c. Ego p eis sanctifico meipsũ: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Vel/Cõfitemini memorie sanctitatis eius. i. qz. pt sctitatẽ et bonitatẽ suã memor fuit nri. Unde

a Psallite domino sancti eius:
b et cõfitemini memorie sanctitatis eius. Qm̃ ira in indignatione eius: et vita in volũtate eius. †Ad vesperũ demorabit fletus: et †ad matutinũ letitia.

†Ps. 24. Ps. Scõm miscõiaz tuã memento mei tu: pt bonitatẽ tuã dñe.

d ¶ Qm̃ ira in indignatione eius. q.d. ideo confitemini et psallite deo patri: Qm̃ ira. i. vindicta. s. inflictio pene quã sustinui in passione/est siue fuit/ in indignatione eius: q indignabat pt pctm primor parentũ. Unde Esa. liij. c. Propter scelus populi mei percussi eũ. e ¶ Et vita/glie: quã mihi dedit: resuscitãs me a mortuis: est f ¶ In volũtate eius. i. in bũplacito eius. Est g sensus: Ideo confitemini illi: qz etsi me passioni exposuit: tũ postmodũ me gloriose resuscitauit: Et vos q cõplãtati estis similitudini mortis mee: simul et resurrectionis eritis: sicut dicit Apls Ro. vj. a. Unde et subiungit duo: q istis duobus rndet/dicẽs: g ¶ Ad vesperũ demorabit fletus. s. ad vesperũ passionis mee: demorabit fletus/in apostolis. Unde in hymno cantat: Tristes erãt apostoli/de nece sui dñi etc. h ¶ Et ad matutinũ: resurrectionis mee: demorabit i ¶ Letitia: in ipsis apls et in alijs discipulis. Unde ℣ Job. xx. e. Gauisi

Moraliter. ✱ a ¶ Psallite dño. i. bonis opib ipi honorẽ date: Vos b ¶ Sãcti eius. i. qz vos sctificauit p ꝓdicta. s. p incarnationẽ et cetera q enũerata sũt: Ideo bñ opantes seruite illi: c ¶ Et cõfitemini memorie sãctitatis eius. i. laudate eũ/memores/qm̃ ipse vos sanctificauit. Unde Eph. v. e. Christus dilexit ecclias: et tradidit semetipsũ vt illã sctificaret. Vel/Cõfitemini memorie sctitatis eius. i. qz memor fuit sctificare vos.

Ps. 8. Ps. Quid est hõ q memor es eius/aut filius hois/qm̃ visitas eũ: Or aũt b nõ fecit merit hoim exigẽtib/ꝰ sua miscõia: subiũgit: d ¶ Qm̃ ira in indignatione eius etc. q.d. hõ ñ meruerat nisi ira dei: ꝰ deus nõ vult mortẽ pccõris. Hoc ẽ: Qm̃ ira in indignatione eius. i. ipse indignat irasci: qz inuit punit. Esa. x. f. Adhuc paululũ modicũqz/et psũmabit indignatio mea. Unde Hieros. Quicqd mali patimur/vitij nri ẽ: q dulcẽ deũ ꝓtimus in amare: et sequire cogimur nolẽtẽ. Threñ. iij. d. Mõ enim hũiliauit ex corde suo: et abiecit filios hoim. Unde versus. Est piger ad penas pnceps/ad ꝓmia velox: Quicqz dolet q/tiẽs cogit eẽ ferox. e ¶ Et vita in volũtate eius. i. ipse vult vitã hoim: nõ mortẽ. Unde in collecta: Deus cui pprium ẽ misereri sp et pcere. Unde de his duobus Ecech. xviij. e. Mũqd voluntas mea ẽ mors ipij/dic dñs deus: q.d. nõ. Hoc ẽ qd dicit: Qm̃ ira in indignatione eius. Et addit in Ecech. Et ñ vt puertat a vijs suis et viuat: Hoc ẽ qd dicit hic: Et vita in volũtate eius: qz alit nõ habet nisi ex gra et volũtate. j. Timoth. ij. b. Qui vult oes hoies saluos fieri. Prouer. xvj. b. In hilaritate vultus regis vita. Ps. Melior est miscõia tua sup vitas: actiuã. s. et ꝓtẽplatiuã: qz neutra sufficit ad retributionẽ eternã/sine dei misericordia. Et licet mõ ita sit misericors et benignus: tũ tandẽ seueritatẽ et iusticiã exercebit in eos q ꝓtẽnũt mõ benignitatẽ et patientiã eius: Unde addit: g ¶ Ad vesperũ demorabit fletus. s. qm̃ pijcient mali in tenebras exteriores. Matth. xxv. c. Inutilẽ seruũ eijcite in tenebras exteriores/Ecce/ad vesperũ. Ibi erit fletus et stridor dentiũ/Ecce/demorabit fletus. Et bñ dicit/demorabit: qz sp durabit. De hoc dicit Esa. xxx. g. Auditã faciet dñs gloriã vocis suę: et terrorẽ brachij sui ostẽdet in cõminationẽ furoris: et flãma ignis deuorantis: allidet in turbine in et lapide grandinis: a voce enim dñi pauebit assur virga percussus: et erit transitus virgę fundatus/quã requiescere faciet dñs sup eũ. Assur interpretat tollẽs acerbitatẽ: et significat illos q presumũt de misericordia dei/q acerbitatẽ iusticię eius tollũt et euacuant: et ideo tollũt alterã molã. s. timorẽ. Sed tũc timebit assur/vir/ga percussus etc. Et sic mal reddet fletũ eternũ: ita bonis reddet. i. retribuet gaudiũ eternũ. Unde addit b: h ¶ Et ad matutinũ letitia: supple demorabit. s. sup bonos. s. ad matutinũ illo/i q oriet eis sol iusticię: qm̃. s. incipiet eũ videre sicuti est. Malach. iiij. a. Oriet vob timentib nomẽ meũ sol iusticię.

g ¶ Ad vesperũ etc. pot exponi de ãtichristo: q cũ venerit adducet vespũ fletũ. Job xxxviij. d. Vesperũ superfilios terre surgere facit. Et videt q tã venerit tps. j. Job. ij. c. Charissimi nouissima hora ẽ: et ãtichristi mlti sũt. Io dicũt discipli Luc. vlt. e. Wane nobiscũ: qz iclinata est iã dies etc. Sz/ad matutinũ. i. i die iudicij/erit letitia. Esa. lj. d. Venient i sion laudãtes: et letitia sempiterna sup capita eorũ. Isti aũt tres ꝓsus pprie pnt exponi de sacerdotib/et qbuslibet psonis altari deseruientib: vt dicat: a ¶ Psallite dño scti eius. i. vos q scti estis/psallere deo digne potestis: alit nõ: Quia sicut dr Eccli. xv. c. Mõ est speciosa laus i ore pctoris. Et i Ps. Pctori aũt dixit deus: qre tu enarras iusticias meas: et assumis testamẽtũ meũ p os tuũ: Glo. pollutũ. Unde Greg. Mundę et diuinę mentis sũt verba sacre locutionis. Ps. Rectos decet collaudatio. c ¶ Et confitemini memorie sanctitatis eius. i. confitemini pctã et mundate vos/cũ accedere debetis ad sanctũ corpus dñi sumendũ vel ꝓficiendũ: qd ipse ꝓcepit sumendũ in memoriam sui. Luc. xxij. b. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Esa. xxvj. b. Nomẽ tuũ et memoriale tuũ i desiderio aie. Threñ. iij. c. Memoria memor ero. Tales enim mũdi debẽt eẽ. Unde Esa. lij. d. Mundamini q fertis vasa dñi. Et ad hoc deberet eos mouere timor et honor dei: vt. s. attẽdentes sanctitatẽ sacramenti/p honorẽ dei se mundarent aliqꝫ accederẽt: vel saltem sibi timerẽt de vindicta dei/si immũdi accederẽt. Unde de duobus istis ꝓquerit dñs Malach. j. b. Si pater ego sum/vbi est honor meus: et si dñs ego sũ/vbi est timor meus: dicit dñs exercituũ/ad vos o sacerdotes: q despicitis nomẽ meũ/et dixistis/in quo despeximus nomẽ tuũ: Et subdit dñs/in q/dicens: Offertis sup altare meũ panẽ pollutũ. Propter hoc/quantũ ad primũ. s. ad honorẽ dei dicit: Cõfitemini memorie sanctitatis eius. q.d. mementote sanctitatis corporis et sanguinis christi: et sic reuerentes ꝓfitemini. Hiere. ij. g. Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. De timore sequit: d ¶ Qm̃ ira in indignatione eius: vt indignatio magis hic dicat ab indigno/qꝫ ab indignari: vt sit sensus: Quoniã ira in indignatione eius. i. si indigni acceditis: irã dei incurritis. Unde. j. Cor. xj. f. Quicũqz manducauerit panẽ hunc et biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini (Prouerb. xvj. b. Indignatio regis nũcij mortis) Probet aũt seipsũ hõ et sic de pane illo edat et de calice bibat. Probatio aũt ista et purgatio fit in ꝓfessione corã iudice a deo delegato: et ideo bene dicit: Cõfitemini etc. Nec tm̃ propt honorẽ eius aut timorẽ debemus ita mundi accedere: sed et pter utilitatẽ nostrã: quia si digne sumamus/vitã eternã et vitã gratię habebimus in illo. Unde subiungit: e ¶ Et vita in volũtate eius. i. si ꝓm voluntatẽ eius sumpseris: viues in ꝓsenti vita gratię: et in futuro vita glorię. Job. vj. f. Qui manducat me: viuet pter me. Ex his aũt duobus ꝓcludit: g ¶ Ad vesperũ demorabit fletus: et ad matutinũ letitia. Et vocat hic in sensu isto vesperũ/casũ a statu bono in pctm: matutinũ ꝓ initiũ gratię. Vel potius/vesperũ/vocat statũ peccati: et matutinũ/statũ gratię: qz status peccati est mediũ inter diem gratię/et tenebras inferni. Similit status gratię/ est medium inter noctẽ peccati et diẽ glorię. Est ergo sensus: Ad vesperũ demorabit fletus etc. i. qui cadit in peccatũ: necesse est vt ꝓtinue fleat/donec lachrymis pctã diluerit. Unde i Ps. Lauabo p singulas noctes lectũ meũ etc. b ¶ Et ad matutinũ letitia. i. qui in gratia est/econtrario gaudeat. Unde Luc. x. d. Gaudete/qz noia vra scpta sũt in cęlis.

Ego aũt dixi.

De antichristo.

Al. †Vesperũ.

Al. †in matutinũ ęquitatis.

Alit de sacerdotib et quibuslibet ęcclesiastis ministris.

Ps. 49.

Ps. 32.

Ps. 6.

Allegorice. Joh.xx.e. Hauisi sũt discipuli viso domino. s. post resurrectionẽ suam. Vel sic/ **Ad vesperum**/adę temporis ⁊ peccatoris: **Demorabitur fletus**: quia ad litterã versus vesperam peccauit adam ꝓm qõ innuitur Geñ.iij.b. Cum audissent vocem domini deambulantis ad auram post meridiẽ: abscondit se adam et vxor eiꝰ a facie domini. Et sic occidit ei simul ⁊ sol iusticię illuminãs oculos cordis: ⁊ sol materialis illuminans oculos corporis: Et sic ad vesperã eius demoratꝰ est fletꝰ sup genus humanũ. s. miseria ⁊ culpa. Demoratus vere: quia longam moram facturus. s. vsqꝫ ad matutinũ resurrectionis nostrę p gratiã: i qua delek culpa. Et resurrectionis futurę per gloriã: in qua delebik omnis miseria. Et hoc est q̃ addit: **Et ad matutinũ**. s. resurrectionis nostrę: **demorabitur leticia**: Quoniã absterget deus oẽm lachrymã ab oculis sctõrꝫ: ⁊ iã nõ erit amplius neqꝫ luctꝰ neqꝫ clamor: sed nec vllus dolor: qm̃ ꝓra trãsierũt: Scõm q̃ cantat eccl̃ia: Et sumik de Apocl. xxi.a.

a.c. imitare

a **Egõ autẽ dixi in abundan/**
b **tia mea: nõ mõueboꝛ in eter/**
c **num. Domine in volunta/**
e **te tua: prestitisti decori meo**
f **virtutem. Auertisti faciem**
b **tuã a me: ⁊ factus sum ꝓtur/**
i **batus. Ad te dñe clamabo:**
k **⁊ ad deũ meũ deprecaboꝛ.**

Allegorice. a Ego aũt dixi. Secũda pars/in qua ostẽdit quomodo dedicationẽ istam resurrectiõis meruit: Unde primo ostendit meritum confidentię/cũ dicit: **Ego autẽ dixi** ꝛc̃. q. d. ego confido de matutino: non timens de vespere. Hoc est q̃ dicit: **Ego autẽ dixi/in abundantia mea**/supple existens. i. in abũdantia virtutũ ⁊ charismatũ: quę mea sunt: et a me habet q̃cunqꝫ de istis aliquid habet. Joh. j. b. De plenitudine eius omnes accepimus. Quid dixi? Hoc: b **Nõ mõueboꝛ**/a deo/**in eternũ**. i. nũqꝫ mõueboꝛ: Sicut Joh. xiij. a. dixit petrꝰ: Nõ lauabis mihi pedes in eternũ. i. nũqꝫ lauabis. De abundantia virtutũ ⁊ charismatũ christi/Joh. j. b. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Col. ij. b. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corpalik: ⁊ estis i illo repleti. Scõo ostẽdit meritũ hũilitatis: Uñ dic̃: c **Domine**/pater: d **In volũtate tua**. i. ꝓm bũplacitũ tuũ: d **Prestitisti decori meo**. i. hũilitati meę/q̃ decorat virtutes: k **Virtutẽ**: vt aduersa humilik patiar. De h decore i Ps. Dñs regnauit/decorẽ indutꝰ est. Ps. Speciosus forma pę filijs hominũ. Cõtra. Esa. liij. a. Non erat ei species neqꝫ decor. Glo. Decorẽ habuit naturalẽ ⁊ spiritualẽ: ⁊ turpitudinẽ accidentalẽ. quia sputis illectꝰ/⁊ vei beribus cęsus. Et Lucl. j. e. Respexit humilitatẽ ancillę suę. Ibi ostendik q̃ humilitas est decor siue pulchritudo/quę libẽter respicik. Tertio ostendit meritũ suę passionis siue patientię: cũ subiungit. g **Auertisti faciẽ tuã a me. Auertisti**. i. visus es auertere: qñ me passioni exposuisti. **Faciẽ**. i. p̃sentiã diuinitatis tuę. Uñ. s. Usqq̃ auertis faciẽ tuã a me. h **Et factus sũ conturbatus**. i. infirmitas meę carnis attrita est. Contra. Esa. xlij. a. Nõ erit tristis neqꝫ turbulentus. Sol. Turbatio duplex. s. passio ⁊ ꝓpassio. Prima non fuit turbatus: sed secũda. Itẽ a se fuit turbatus/nõ ab alio. Joh. xi. d. Infremuit iesus/⁊ turbauit seipsũ: Hic agik de turbatione/ꝓpassione: ⁊ nõ dicik/turbatus: id est ꝛc̃. Quarto ostẽdit meritũ orationis ⁊ deuotionis suę dicens: i **Ad te domine clamabo**. q. d. licet ita uerim turbatus ⁊ attritus: nõ tñ desperaui: sed pręter supra dicta diri istud: **Ad te domine**/pater: **clamabo**/in articulo passionis/ꝑ bonis adiscendis. k **Et ad deũ meũ deprecaboꝛ**: pro malis amouendis. Et ostẽdit tres causas q̃re debeat exaudiri. Prima est: Quia nisi exaudirek: inutilis esset eiꝰ passio. Uñ dic̃:

Ps. 91. Ps. 44. Ps. 12. Conturbatio in bonis qualis uerit.

Moraliter de viro iusto.

Moraliter de diuite.

Dicebat eñ: Anima mea habes multa bona posita ĩ annos plurimos: requiesce/comede/bibe/epulare. Eccl̃j. xi. c. Est q̃ locupletak parce agẽdo: ⁊ hęc pars mercedis illius in eo q̃ dicit: inueni requiẽ mihi: ⁊ nũc manducabo de bonis meis solus. Sed licet ita dicãt: tñ mentiꝫ iniquitas sibi. Uñ ibi in Eccl̃iastico sequik statim: Et nescit q̃ tẽpus ꝑtereat illum ⁊ mors appropinquet: ⁊ relinquat oia alijs/⁊ morik. Et Lucl. xij. c. Illi diuiti dixit deꝰ: Stulte hac nocte repetent aiam tuã a te: ⁊ q̃ parasti cuiꝰ erũt? De viro aũt iusto exponik sic: a **Ego**: dicit vir iustꝰ: **dixi ĩ abundãtia mea**: virtutũ ⁊ operũ: b **Nõ mõueboꝛ in eternũ**. i. firmik ꝓposui pseuerare in bono. q. d. illõ Job. xxvij. a. Donec deficiã ñ recedã ab ĩnocẽtia mea: iustificationẽ meã quã cępi tenere nõ deserã. Multi aũt aliter faciũt: q̃ ad quẽlibet ventũ temptationis mouenk: De q̃bus dicik Esa. j. g. Erit fortitudo vẽa q̃si fauilla stupę. Et Naũ. iij. c. Omnes munitiones tuę sicut ficus cũ grossis suis: si ꝓcussę fuerint/cadẽt ĩ os comedentis. Sz vir iustus dicit: **Non mõueboꝛ in eternũ**. Eccl̃s. x. a. Si spũs potestatẽ habentis ascenderit sup te/locũ tuũ ne dimiseris. Prouerb. x. d. Iustus nõ cõmouebik in eternũ. Ps. Qui facit hęc/nõ cõmouebik in eternũ. Sed qꝛ hoc dicere/posset ascribi iactãtię ⁊ p̃sumptioni: ideo sequit: c **Dñe in volũtate tua p̃stitisti decori meo vtutẽ**. q. d. hoc nõ habeo a me: iz tu dñe p̃stitisti vtutẽ. i. fortitudinẽ q̃ possum stare: e **Decori meo**. i. honestę ꝓuersationi meę. Sap̃. iij. a. O q̃ pulchra est casta generatio cũ claritate. **Prestitisti**/dico/nõ ex meis meritis: sed **in volũtate tua**. s. ꝓm bũplacitũ tuũ. Nota q̃ multi habẽt decorẽ in corpe/sine virtute aię: vt absalon: De q̃. ij. Regl. xiiij. f. Sic̃ absalon nõ erat vir pulcher. Alij ĩ sermone. Eccl̃j. iiij. d. Nõ abscondas sapientiã tuã in decore suo. Alij ĩ veste. Matth. vij. b. Ueniẽt ad vos in vestimentis ouiũ. Sed spõsus ⁊ sponsa ⁊ filij eoꝛ habẽt ĩ corde. De sponso: Hiere. l. b. Peccauerũt dño decori iusticię. Cantis. j. d. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. De sponsa/Cantis. iiij. b. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nõ est in te. Hiere. xxxi. e. Bñdicat tibi dñs pulchritudo iusticię. De filijs. Ps. Filij tui sicut nouellę oliuarum: in circũitu mensę tuę. Zach. ix. d. Quid est pulchrũ eiꝰ: nisi frumẽtũ electoꝛ/⁊ vinũ germinãs virgines? Et q̃ a te habeã hãc virtutẽ/nõ a me: patet p ꝓtrariũ. Uñ sequik: g **Auertisti**/aliq̃ũ/**faciẽ tuã a me**. i. grãz tuã subtraxisti peccatis meis exigentibꝰ: ⁊ eã fugantibꝰ. h **Et factus sum ꝓturbatꝰ**. i. a priori statu morꝰ ⁊ lapsus in peccatũ. Uñ in Ps. Miserere mei dñe qm̃ infirmꝰ sũ: sana me dñe qm̃ ꝓturbata sũt ossa mea: ⁊ aia mea turbata est valde. Ul legak sub hypothesi: **Auertisti faciẽ tuã a me: et factus sũ cõturbatꝰ**. i. si auertersi ꝓturbaboꝛ: Et est idẽ sensꝰ cũ priori. Simile dicik alibi in Ps. Auertente aũt te faciem turbabunk: auferes spiritũ eoꝛ ⁊ deficient ꝛc̃. Econtrario in Ps. alio: Adimplebis me leticia cũ vultu tuo: vel/cũ facie tua: ꝓm aliã litterã. Ideo petebat dauid: Nõ auertas faciẽ tuã a me. Ex quo ergo virtutẽ persistendi in bono nõ habeo nisi a te domine: i **Ad te domine clamabo**/ore. Et k **Ad deum meum deprecaboꝛ**: vt. s. des mihi virtutem ⁊ fortitudinem/vt possim perseuerare: vel si forte cadã/vt possim resurgere. De his duobus. s. de clamore ⁊ deprecatione/Esa. xxxviij. c. Sicut pullus hirũdinis sic clamabo: meditaboꝛ vt columba. Pullus eñ clamat ad matrem vt afferat ei cibum: sic nos ad deũ/vt det nobis fortitudinẽ. Columba habet gemitũ pro cantu. Ille ergo meditatur vt columba: qui in corde suo de suis viribus desperans/gemit: et tñ oculos mentis columbinos ad deũ dirigens/spẽ firmã in ipso ponit. Et necesse habeo deprcari ne cadã in pctm̃: Quia si cecidero ⁊ nõ resurgã: melꝰ esset mihi nõ esse. Uñ subdik:

Ps. 6. Ps. 105. Ps. 15. Ps. 142. Ps. 44. Ps. 127.

Que vtilitas

Que vtilitas

Allegorice. a Quę vtilitas in sanguine meo. i. in effusiõe mei sanguinis esset: b Dũ descẽdo. i. si descenderẽ: c In corruptionẽ. i. si corpus meũ incineraret & corrũpet: q. d. nulla vtilitas esset. Hic ꝺr corruptio/ipsa carnis incineratio:

Ps. 15. De q̃. s. Nõ dabis sctũ tuũ videre corruptionẽ. Scꝺa causa/est defectꝰ fidei per vniuersũ orbẽ. Vñ dicit: d Nũq̃d ꝓfitebit tibi puluis. i. hõ vilis & supbꝰ: si nõ exaudit⁹ fuero: q. d. nõ. Tertia cã/est defectus p̃dicatiõis. Vñ sequit: e Aut ãnũciabit veritatẽ tuã/p̃dicãdo: q. d. nõ. Apli enĩ facebãt dũ fuit in sepulchro: ꝗ pꝰ resurrectionẽ p̃dicauerũt vbiq̃: sic aues silẽt in nocte/& de die cantãt.

16. q. 7. c. et hoc dixim⁹.

a Quę vtilitas i sanguie meo: b dũ descẽdo in corruptionẽ: d Nũq̃d cõfitebit tibi puluis: e aut ãnunciabit veritatẽ tuã:

Moraliter de viro iusto. * a Quę vtilitas in sanguine meo. i. in vita mea: b Dũ descẽdo i corruptionẽ/pctĩ: q. d. nulla. Quid enĩ ꝓdest hoĩ si vniuersũ mundũ lucret: aię ꝯo suę detrimẽtũ patiat: Matth. xvj. d. Per sanguinẽ ꝯo bñ intelligit vita hoĩs: qz sedes aię est: vt ꝺr Leuit⁹. xvij. c. Vel sic: Quę vtilitas i sanguie meo. i. in pctõ: Dũ descẽdo i corruptionẽ/inferni: q. d. nulla. Ro. vj. d. Quẽ fructũ habuistis tũc ĩ his in q̃bus nũc erubescit⁹: Sanguis aũt ꝺr pctm̃. Vñ Osee. iiij. a. Sãguis sãguinẽ tetigit. Vl/In sanguie. i. ĩ nobilitate gener⁹: Nobilitas enĩ gener⁹ nõ saluat hoiem: ꝗ qñq̃ pęnã eiꝰ aggrauat. Vñ Sap. vj. a. Potentes potenter tormẽta patient. Nõ enĩ subtrahet pſonã cuiusq̃ dñs/q̃ est oĩm dñator. Et posset aliq̃s dicere: Immo vtilitas est aliq̃: qz post morte pęnitebo: Vñ ꝗ excludit subiungẽs: d Nũq̃d cõfitebit tibi puluis⁹. i. hõ postq̃ in puluerẽ reuersus fuerit post mortẽ: q. d. nõ. Vñ Eccĩ. xvij. d. Vñ mortẽ ꝓfitere: a mortuo q̃ si nihil perit ꝓfessio: Hoc est de ꝓfessione pctĩ. Sicit est de ꝓfessione laudis: q̃ nõ laudabũt mali post mortẽ: Vñ subdit: e Aut ãnũciabit veritatẽ tuã: q. d. nõ. Esa. xxxviij. d. Nõ infernus ꝓfitebit tibi/neq̃ mors laudabit te: nec expectabũt q̃ descendũt i lacũ veritatẽ tuã: Et sic excludunt ab eis tria. s. ꝓfessio/laudatio/redẽptio. Vñ Eccĩ. xvij. d. auctoritati quã modo p̃dixim⁹ adiũgit de his trib⁹: Viuus & sanus ꝓfiteberis/& laudabis deũ/& gloriaberis in miseratiõibus eiꝰ. Possunt etiã hi duo versus exponi alit: vt dicat dñs ad sacerdotes indigne sumẽtes & ꝓficientes: vt sint verba christi: a Quę vtilitas i sanguine meo: sacramentalit sũpto in altari: b Dũ descẽdo in corruptionẽ. i. in corruptũ peccatorẽ: q. d. nulla: immo inutilitas multa. j. Cor⁹. xj. g. Quicũq̃ manducauerit pãnẽ & biberit sanguinẽ dñi indigne: reus erit corpis & sanguinis dñi.

Alit de sumẽte sacramentũ eucharistie idigne

In eo q̃ dig ne accipit/decem sunt vtilitates.

- Prima est roborazatio fidei.
- Secunda/alleuiatio pęnę.
- Tertia/qz ꝓducit eũ q̃si peregrinũ in via huius mũdi vsq̃ (in patriam.
- Quarta/augmentũ virtutum.
- Quinta/ornatus virium.
- Sexta/quia delectat gustum spiritualem.
- Septima/quia delet venialia.
- Octaua/quia vegetat membra ecclesię.
- Nona/qz pascit sibi. i. in se ꝓuertit mãducantẽ: sic dicit Aug⁹ in li. cõfes. Nõ tu me mutabis ĩ te/sic cibũ carnis tuę: ꝗ tu (mutaber⁹ in me.
- Decima/qz terret & effugat dęmones.

Versus. Roborat & leuiat/cõducit & auget & ornat: Delectat/delet/vegetat/pascit sibi/terret. Et posset aliq̃s dicere: licet ipsi in hoc deũ offendãt: tñ in orionib⁹ & psalmis & ĩ melodia cant⁹ sui & p̃dicatiõe/deũ placãt: Hoc remouet ꝓpha dicẽs dño: d Nũq̃d cõfitebit tibi puluis⁹. i. pctõr/q̃ ꝯ puluerẽ intelligit: vt postea iã dicem⁹. q. d. nõ cõfitebit tibi. i. ad placitũ tuũ: qz talis hoĩs tibi nõ placet laudatio vl orio. Vñ Amos. v. g. Aufer a me tumultũ carminũ tuorũ: & cãtica lyrę tuę nõ exaudiã. Esa. j. d. Cũ multiplicaueritis orionẽ/nõ exaudiã: man⁹ enĩ vrę sanguine plenę sũt. Vl/Tibi. i. ad honorẽ tuũ. q. d. nõ multũ cedit deo ad honorẽ: qz sic dicit vulgarit: Laus praui hoĩs valet vituperiũ. Vñ Eccĩ. xv. c. Nõ est speciosa laus in ore pctõris. Ps. Nõ mortui laudabũt te dñe: neq̃ oẽs q̃ descendũt in infernũ. Vñ ꝓquerit dñs de sacerdotib⁹/Esa. lij. b. Dñatores eiꝰ. s. pplĩ/iniq̃ agũt: & iugit tota die nomẽ meũ blasphemat. e Aut ãnũciabit veritatẽ tuã: p̃dicando. q. d. talis p̃dicare nõ debet q̃ puluis est. i. steilis & siccus a grã dei. Vñ Eccĩ. xx. c. Nõ acharis q̃si fabula vana. Greg⁹. Qua necessitate tenet magna dicere: eadẽ necessitate compellitur summa monstrare. Et ideo homo habet duas man⁹: & nõ habet nisi vnũ os: vt notet q̃ plus debet opari q̃ loqui. Dicunt aũt mali sacerdotes: & etiam quilibet peccatores puluis/

Ps. 115.

Quia sicut puluis sunt

- Multi. Eccĩ. j. d. Stultorũ infinitus est numerus.
- Aridi. ij. Reg⁹. j. d. Mõtes gelboe: nec ros nec pluuia veniat sup vos. Gelboe interptat decursus vl aceruꝰ arenarũ. Sacerdotes q̃ q̃ decurrũt ad pfũdũ vitiorũ/recte vocant mõtes gelboe. Et etiã alij pctõres aridi sũt. Vñ Esa. v. b. Hãdabo nubib⁹ (meis ne pluãt sup eã imbrẽ.
- Viles. Vñ Hiere. ij. g. Or vilis facta es nimis iterans vias tuas.
- Mobiles. Ps. Tanq̃ puluis quem pijcit ventus (a facie terrę.
- Cibus serpentis. Esa. lxv. d. Serpenti puluis panis eius.

Ps. 1.

f Audiuit dñs. Tertia pars: in q̃ oñdit christus quõ dedicationẽ accepit. Vñ dicit ꝑmo in generali/Audiuit dñs. i. exaudiuit me/donãs mihi dedicationẽ quã supra petisse me dixi. Postea specialit determinat in q̃bus ipsa ꝓsistit. s. ꝑmo in amotione oĩm miseriarũ. Vñ addit: g Et misertus est mei: Misereri enĩ ꝺr respectu miseriarũ. Qui tñ videt miseriaꝰ alterius/& nõ remouet cũ possit: non dicit misereri illius miseri. Vñ idẽ est: Misert⁹ est mei: q̃ꝰ miseriaꝰ a me amouit. Scꝺo in auxilio bñfaciendi/& ad bona oia ꝓueniendi: Vñ dicit: h Dñs fact⁹ est adiutor me⁹. s. in resurrectione: & in inferni spoliatiõe/& in aliꝰ. Tertio in ꝓsolatiõe apl̃orũ & credentiũ: Vñ dicit: i Cõuertisti planctũ meũ i gaudiũ mihi &c. i. planctũ q̃ me plangebant apli & mlieres & alij credẽtes: ꝓuertisti ĩ gaudiũ: ꝗm q̃ ꝑmisera eis Joh. xvj. d. Vos aũt ꝓtristabimini: sed tristicia vra vertet in gaudiũ. Et ideo bñ dicit/Mihi. i. vt ego verax apparerẽ ĩ ꝑmissis. Quarto in ĩpassibilitate corpis: dãdo stolã corpis: Vñ dicit: k Cõscidisti saccũ meũ. i. mortalitatẽ corpis mei. Sacc⁹ enĩ est pann⁹ asp: Et sumit ad duos vsus. s. ad domãdũ carnẽ: Vñ Esa. xxij. d. Vocabit dñs ad fletũ & ad planctũ & ad caluitiũ & ad cingulũ sacci. Itẽ sumit ad reponendũ frumentũ. Caro aũt christi ꝗm vtrũq̃ vsum põt dici sacc⁹: qz in ea passus est: & in ea repositũ est frumentũ optimũ. s. diuinitas: quo frumento satiant scti in patria. Ps. Et adipe fruměti saciat te. Hic sacc⁹ scissus ẽ: q̃ñ remota est mortalitas a carne christi ĩ resurrectiõe: Et scisso sacco in passione:

Allegorice.

Ps. 147.

f Audiuit dñs &c. Idẽ pt & debet dicere q̃libet iust⁹: Audiuit dñs/me/sup postulãtẽ ꝓtutẽ & fortitudinẽ pcuerãdi in bono. Ps. Et clamor meꝰ in ꝓspectu eius introiuit in aures eiꝰ. g Et misert⁹ est mei: custodiendo me ne caderẽ: Nõ enĩ est virtut⁹ nr̃ę/ꝗ dei misericordię. Ro. ix. d. Nõ ẽ volẽt⁹ neq̃ current⁹: ꝗ dei miserẽt⁹. Threñ. iij. c. Misericordię dñi ẽ q̃ ñ sum⁹ ꝓsupti: qz nõ defecerũt miserationes eiꝰ. h Dñs fact⁹ est adiutor me⁹. Et sic notat in hoc versu se habere a deo duas partes iusticię: q̃ sũt declinare a malo & facere bonũ. i Cõuertisti planctũ meũ i gaudiũ mihi: qz ꝗm multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo: cõsolationes tuę lętificauerũt aiam meã. Planct⁹ aũt erat eius: qz timebat vinci a tẽptationib⁹: & sic descendere in corruptionẽ. Sz plãct⁹ iste ꝓuertit a dño ĩ gaudiũ: q̃ñ in tẽptatione dat victoriã. Tob. iij. d. Post tẽpestatẽ trãquillũ fac: & pꝰ lachrymationẽ & fletũ/exultationẽ infũdis. k Cõcidisti saccũ meũ. i.

Moraliter viro iusto.

Ps. 17.

Ps. 95.

Ps. 29.

Ps. 29.

in passione/apparuit granũ fruméti.i. vere apparuit deꝰ q̃ p̃us abscõditus erat sub sacco. Vñ Esa.xlv.c. Vere tu es deꝰ abscõditus. Quito pfecta fuit ista dedicatio i stola aiẽ: De q̃ dicit: a Et circũdedisti me lęticia. Gaudiũ em̃ ꝛ lęticia ad stolã aiẽ ptinent. Dicit aũt/ Circũdedisti me lęticia: vt notet magnitudinẽ istiꝰ lęticię: q̃ potiꝰ cõtinet suos possessores q̃ ptineat ab eis. Vñ Matth.xxv.b.nõ dicitur: Recipe gaudiũ dñi tui: sed dr: Intra i gaudiũ dñi tui. Esa. xxv.d. Lęticia sępiꝰna sup capita eoꝝ. Postea ostendit causã finalẽ duplicẽ: quare deꝰ patꝰ tulit ei ista. Prima est ex pte patris.s. vt ipse laudet: Vñ dicit: b Vt cantet.q.d.hęc mihi fecisti: vt cantet tibi gloria mea.i. vt gloria resurrectiõis meę sit causa q̃ re tibi cantet ab ecclesia/te sup hoc laudãte. Secũda causa/est ex pte filij.s. vt de cętero nõ patiat. Vñ addit: c Et nõ ꝓpũgar.i. vltra nõ sentiã dolorẽ alicuꝰ passiõis. Ro.vj.b. Christus resurgẽs ex mortuis/iã nõ moritur: mors illi vltra nõ dñabit ꝛc. Et postea cõcludẽs/dicit se p his omnibus laudaturũ deũ patrẽ/dicẽs: d Dñe deus meus in ęternũ.i.semp: f Confitebor tibi: id est laudabo te. Vel/in ęternũ: id eũ in ęterna beatitudine. Nec mutat sensus.

Caro christi. Esa.xx.a. Solue saccũ de lũbis tuis.
Pęna peccati. Job.i.j.b. Plange q̃si virgo indu/ (ta sacco.
Velũ peccatoꝝ. Apocl.vj.d. Factus est sol quasi saccus cilicinus.
Tristicia. Job.xvj.c. Saccũ consui sup cutẽ meã.
Habitus religiosus. Hester.iiij.a. Non erat licitũ indutũ sacco aulam regis intrare.
Asperitas pęnitentię. Esa.l.b. Induã cęlos tenebris: ꝛ saccũ ponã operimentũ eorũ.
Signũ obsecrationis. Baruch.iiij.d. Exui me stola pacis: ꝛ indui me sacco obsecrationis.
Littera legl. Gen.xliiij.c. Inuenit cyphum i sacco
Vestis plangentium. ij. Regũ.iij.f. (beniamin. Accingimini saccis ꝛ plangite.
Saccus dicit
Diauiũ viatoris. Eccli.xvij.c. Eleemosyna viri q̃si saccuꝰ cũ ipso. Prouer.vij.c. Sacculũ pecunię
Thesauꝰ cęlestis. Lucl.xij.d. Facite (secũ tulit. vobis sacculos qui nõ veterascũt.
Hypocrisis. Eccli.xxv.c. Obcęcauit vultũ suũ tã/q̃ vasus: et q̃si saccũ ostendet in medio ꝓximoꝝ. Zach.xiij.c. Non operient pallio saccino ꝛc.
Auaricia. iiij. Regl.v.g. Ligauit duo talẽta i duobus saccis.
Cor dolosum. Deut.xxv.c. Non habebis in saccu lo diuersa pondera.
Meretrix. Aggei. j.b. Cõgregauit mercedes et misit eas in saccũ pertusum.
Idolatria. Esa.xlvj.b. Qui cõfertis aurũ de saccu
Habitꝰ p̃dicatorl. Apoc.xj.a. Prophetabũt (lo. amicti sacc.l.iiij. Regl.xix.a. Misit optos sacc.l.

Moraliter * saccũ meum.i. corpus diuersis pęnis afflixisti. De hoc sacco Hester.iiij.a. Non erat licitũ indutũ sacco aulã regis intrare: qz corpꝰ impedit nos q̃ nõ possumꝰ ad paradisum intrare. Sap.ix.c. Corpꝰ qd̃ corrũpit aggrauat aiaz.ij. Cor.v.a. Scimus qm̃ si terrestris domꝰ nr̃a huiꝰ habitatiõis dissoluat: q̃ edificationẽ ex deo habemꝰ/domũ nõ manufactã sz ętnã in cęlis. Et ex hoc nõ doleo: sz gaudeo. Vñ sequit: a Et circũdedisti me lęticia. Job.vj.b. Hęc mihi sit consolatio/vt affligẽs me dolore nõ parcat. Et hoc fecisti mihi ꝛ facis: nõ vt inde supbiã: Sz b Vt cantet tibi gloria mea.i. vt gloria quã habeo ex istis i testimonio psciętię meę: cantet tibi.i.te lauder: ꝛ totũ tibi ascribat quicq̃d boni habet. Vñ Col.iij.c. In gratia cantãtes in cordibꝰ vr̃is dño. c Et nõ cõpũgar/spinis vitioꝝ: vel gladio psciętię. Et ideo: d Dñe deꝰ meus. Dñe/timẽdę: deus/venerãdę: meꝰ/diligẽdę. e In ęternũ cõfitebor tibi: cõfessione laudis. In ęternũ.i. in tota vita mea/psallã deo meo q̃diu fuero. Vel/ In ęternũ: id est in ęterna vita: vt supra. Ps.145.

Expositio

Ps.XXX.

In finem psalmus dauid pro extasi. XXX.

In te domine speraui nõ cõfundar i ęternũ: i iusticia tua † liba me.

In te dñe ꝛc Titulꝰ. In finẽ psalmus dauid pro extasi. In pręcedẽti psalmo egit de dedicatiõe ecclesię/q̃ iã in capite cõpleta ẽ: In futuro aũt fiet in mẽbris: ꝛ sic adspẽ nos iuitauit. Sed qz vt habet Deut.xxiiij.b. nõ ẽ accipienda supior et inferior mola loco pigneris.i. nõ est subtrahẽda spes vel timor a corde hominis: qz spes sine timore luxuriat in p̃sumptionẽ: ꝛ timor sine spe degenerat i desperationẽ: vt dicit beatꝰ Greg. Ideo in hoc psalmo agit de eis q̃ timorẽ incutiũt viris sanctis.s. de piculis mũdi. Et fm hoc sumit titulus/vbi dr: Pro extasi. Qd̃ p̃mo dicit: In finẽ psalmus dauid: nõ idiget expositiõe. Et ideo hoc solũ ꝓbũ.s. pro extasi/exponamꝰ. Extasis dicit/q̃si extra se statꝰ: qd̃ fit cũ sancti extra se ponunt: vel p̃ gaudio/ vel p̃ timore nimio. Et in hoc vltimo sensu.s. p pauore/hic p̃cipue accipit. Iste aũt psalmꝰ tripertitꝰ est. Primo ponit remedia cõtra timorẽ. Secũdo enumerat q̃ ꝛ quot ꝛ quãta pturbãt: ibi: Miserere mei. Tertio/q̃ sunt bona contra illa mala pturbãtia: ibi: Q magna multitudo. Et notãdũ in ꝫ psalmo: q̃ quędã ꝓba eoꝝ q̃ in eo dicũt capiti ꝓueniũt: q̃dã mẽbris: quędã aũt ipsi ꝓphetę. Nõ tñ ꝓpt hoc mutat vox: sed sub eadẽ voce loquit ꝓpter vnitatẽ capitis ꝛ mẽbroꝝ. Dicit ergo in psona capitis: id ẽ christi. g In te dñe/pater: h Speraui: fm q̃ hõ. Et vt cesset obiectio/sciẽdũ ẽ q̃ spes simplicit nõ fuit in christo: fm q̃ diffinit ab Augustino: Spes ẽ certa expectatio futurę beatitudinis: sz tñ rõne stolę corpis habuit spẽ. Itẽ spes in christo põt dici certitudo ꝛ fiducia: ꝛ hoc est p̃mũ remediũ ꝓtra pauorẽ.s. spes. Et qz speraui i Nõ ꝓfũdar i ęternũ.i. nunq̃ cõfũdar i insultatiõib̃ ꝛ oꝓprobriis iudęoꝝ. Secũdũ remediũ ꝗ pauorẽ/ est oratio. Unde statim orat/dicẽs: l In iusticia tua libera mea: suple a morte. In iusticia tua.i. sicut pmisisti. Dicit em̃ Augꝰ: q̃ iusticia est solutio pmissiõis huiꝰ.s. Nõ dabis sctm̃ tuũ videre corruptionẽ. g In te dñe ꝛc. Põt legi i psona cuiuslibet iusti sic. In te dñe speraui. In te/nõ in me/sicut p̃sumẽtes: Nõ i hoie/vt nobiles in sua parẽtela: Nõ in diuitiis/vt diuites. De p̃mis Judith.vj.d. Nõ derelinquis p̃sumẽtes de te dñe: ꝛ p̃sumẽtes de se ꝛ de sua virtute gloriãtes hũilias. De secũdis/ Hieremię.xvij.a. Maledictꝰ hõ q̃ cõfidit in hoie: ꝛ q̃ ponit carnẽ brachiũ suũ. Et Augꝰ. Magis studeãt nõ de parentũ diuitũ dignitate: sed de pauperũ fratrũ gloriari societate. De tertiis: Prouerb.xj.d. Qui pfidit in diuitiis suis/ corruet. j. Timoth.vj.d. Diuitibꝰ huiꝰ sęculi p̃cipe nõ sublime sapere/ nec sperare i incerto diuitiaꝝ: sed i deo viuo: q̃ p̃stat nob oia abũde. i Nõ cõfundar: quia spes nõ cõfundit: Ro.v.a. Eccli.ij.b. Quis sperauit i dño ꝛ cõfusus ẽ? Prouer.xxix.d. Qui spat i dño ꝓbleuabit. Esa.l.c. Posui faciẽ meã vt petrã durissimã/ꝛ scio qz nõ ꝓfũdar. Sz qz duplex ẽ cõfusio: sic habet Eccli.iiij.c. Est cõfusio adducẽs pctm̃: et ẽ cõfusio adducens gratiã ꝛ gloriã: determinat de qua cõfusiõe loquit hic cũ addit: k In ęternũ.q.d. etsi ad p̃sens cõfundar/bona cõfusiõe adducẽte gratiã ꝛ gloriã: non tñ cõfundar in ęternũ cũ reprobis. De quoꝝ cõfusiõe dicit Hiere.xx.c. Cõfundãt vęhemẽter: qz nõ intellexerũt oꝓprobriũ sempiternũ qd̃ nũq̃ delebit. ij. Timoth.ij.c. Hęc patior/ sed nõ ꝓfundor. l In iusticia tua libera me: qz mea iusticia nõ sufficit: sz succũbit: fm illd̃ Esa.lxiiij.c. Facti sumꝰ vt ĩmũdi oẽs nos/q̃si pãnus mẽstruatę vniuersę iusticię nr̃ę. In sua aũt iusticia libauit nos christꝰ: qñ p nob satisfecit patri/moriẽs i cruce. Vñ Job.xxxiij.c. de hac iusticia ꝛ liberatiõe dr: Si fuerit p eo

Allegorice de christo

Quõ spes fuerit in christo.

Moraliter de viro iusto

l * angelus loquẽs